



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

De iis qui irrepserunt in ordinem presbyterorum sine electione & examinatione. Capvt XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

De ambiente episcopatum, nolente eum episcopum populo; vel volente quidem, sed sine voluntate archiepiscopi.

ANNO
CHURCH
37

C A P V T I X.

Nic. Græc.
6.
Si quis, populo nolente & sine voluntate archiepiscopi, atque iniussu eius ambierit episcopatum, repellendus est. **Quod si** populus diœcesis voluerit eum sine archiepiscopi voluntate, non est admittendus; quia solius archiepiscopi est hæc potestas; & qui contradixerit, est excommunicatus. & iste episcopus priuandus est. Sin autem electioni communi omnium episcoporum cum archiepiscopo, aut patriarcha recta ratione & secundum Canonem ecclesiasticum factæ, duo aut tres ex populo precibus, vel studio contendendi contradixerint, maiorem partem populi, si voluerint, sequentur.

De episcopo Hierosolymitano honorando, salvo honore metropolitani Cesariensis, cui est subiectus.

C A P V T X.

Nic. Græc.
7. Hier. 10.
2. epist. ad Pâmachiū
contra er-
rores Ioan-
nis Hiero-
sol. & Nic.
in resp. ad
con. Bulg.
c. 92. memi-
nerunt de
Hierololy-
mitano sub-
iecto Cesa-
riensi. Quia est consuetudo honorandi episcopum Ælia nomine patriarchæ, cum est dignus hono- re, propter sanctitatem loci, & propter probita- tem eius: præsit illi prouinciae, & locis ei vicinis, reddatque archiepiscopo eius loci debitum hono- rem; & vocetur ille exarchus, id est, maior quam archiepiscopus.

De iis qui irrepserunt in ordinem presbyterorum sine electione & examinatione.

C A P V T XI.

Can. Nic.
Græc. 10.
epitome
huius c. 3. Si fuerint aliqui presbyteri sine probatione & electione, & sine examine vitæ & morum; & ex- minati

ANNO CHRISTI 325. minati confitentur se peccasse id genus peccatorum, de quibus supra scriptum est, eiificantur ex sacerdotio, & non reputabitur eis in peccatum, quod illis, cum non essent probati & electi, manus imposuerunt; nec erunt in culpa hoc faciendo, siquidem faciunt in eis quod a Christo Domino nostro ordinatum est.

*De episcopo ordinante quem intellexit fidem negasse; & de ordinato,
qui postquam negauit, irrepserit in ordinem.*

CAPVT XII.

Si quis prælatus receperit aliquem in ecclesiam sanctam, qui fidem negarit, quem prælatus ex aliquo cognouerit fidem negasse, & ordinauerit eum sacerdotem, aut in alio gradu, deponendus est ipse, & ordinator ab omni ordine: aut si iste irrepserit in ordinem, nec examinatus, nec interrogatus; & postea ab iis qui cognouerunt falsitatem, sciatur hoc; deponendus est iste.

*De transiente ad aliam ecclesiam sponte sua, & electo ab illa,
cui postea displaceat manere in ea.*

CAPVT XIII.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus ab ecclesia sua ad aliam electione illius ecclesiae, & voluntate sua se transferat, & postea non placet ei esse ibi, volueritq; eo, vnde prius se transtulit, redire; non est postea recipiendus, sed potius ab hac & illa ecclesia sit exclusus, quia ipse se sponte sua elegit.

Can. Nic.
Grac. 15.
epitome
huius 13. ex
Arabico.

De dante operam, ut transferatur a sua ecclesia ad aliam.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut aliquis ex clero dederit operam, vt ex sua ec-

Concil. Tom. 2.

Kk